

D E
ARTE TESTAN-
DI, ET CAUTELIS VL-

TIMARVM VOLVNTA-
TVM TRACTATVS,

CLARISSIMI IVRISCON-
SULTI IOANNIS DILE-
CTI DVRANTIS
GVALDENSIS,

CVM SUMMARIIS AD SINGVLAS CAU-
*telas accommodatis: ac copiosissimo Indice seorsum tum Cau-
telarum, tum materiarum: qua sparsim in
ipsis Cautelis leguntur, nunc recens
summa fide recognitis.*

REM MAXIMAM SIBI



PROMITTIT PRVDENTIA.

LUGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM
SVB SCVTO VENETO.

M. D. XLVI.

REVERENDISS. ATQVE

ILLVSTRISS. DO. D. HIE-

ronymo Ghinutio S. R. E. Cardi-

nali optimo ac religiosissi-

mo Io. Dilectus

Durantes,

S. D.



VETERI consuetudine, disertorum-
que instituto introductum est, amplif-
sime Pater, ut suas quisque lucubra-
tiones viro præstantissimo dedicet.
Quem morem alij tenent, ut aduersus
obloquutores morososque censors illius patrocini-
o muniantur. Alij & quidem ingenio foeliciore id seruant, ut
quorum beneficijs ornati sunt, titulis & inscriptionibus
eorum nomen amplificent. Ego autem tibi librum hunc
dico, non quia obtreclatorum maledicta formidem. Nemi-
nem enim tam ingrati animi esse arbitror, ut infestus
sit ei, qui pro utilitate publica in studio euigilans sui cor-
poris robur assidua cogitatione diminuat. Nec quod per
dedicationem hanc cogitem acceptis beneficijs responde-
re, aut existimem amplitudini tue quicquam claritatis
adiocere, cum tuus honos ob mirificas animi tui dotes sem-
per mansurus sit suis viribus immortalis. Sed quia nostra
inuenta hæc abs te pensitati cupiam, ut aut damnes, si le-
uia & inutilia: aut comprobes, si ea vsui esse censueris.
Nam si tuo non improbentur iudicio, reddar equidem ad
alia edenda propensior, & à publicis muneribus vacans,
A 2 enitar,

D E
A R T E T E S T A N D I,
E T C A V T E L I S V L T I -
M A R V M V O L V N T A T V M C L A R I S S.
I V R I S C O N S V L T I I O. D I L E C T I
D Y R A N T I S G V A L D E N S I S,
L I B E R I N C I P I T.

De his qui non habent factionem testamenti.

TITVLVS PRIMVS.

C A V T E L A I.

Quo remedio vltima voluntas filij, viuo
patre, vires habeat.

S V M M A R I V M.

- 1 *¶ Filius familias non potest facere testamentum.
Peculium habentes castrense, vel quasi castrense, possunt de eis testari.*
- 2 *¶ Emancipatio potest fieri auctoritate cuiuslibet iudicis.
Notarius est iudex ordinarius, & exercet iurisdictionem voluntariam.*
- 3 *¶ Filius familias de consensu patris potest donare causa mortis.*
- 4 *¶ Auctoritatem ad vtilitatem propriam nemo accommodare potest.
Consensum ad vtilitatem propriam sicut auctoritatem accommoda-
re non possumus.
Auctoritatem supplet iudex pro eo qui non est habilis ad praestandam
auctoritatem.
Donare causa mortis qua ratione possit filius fa. qui non potest testari
etiam consensu patris.
Donatio facta absenti nemine pro eo acceptante non valet.
Iudex supplet consensum eorum qui non possunt, aut sine iusta causa
consentire recusant.
Consensus alteri praestitus reuocabilis est per eum, cuius consensus ad
actum requiritur.*
- 5 *¶ Clericus etiam in minoribus ordinibus constitutus, licet sit sub patria
potestate potest testari.
Clericus dicitur habere quasi castrense peculium in aduentitijs.
Peculiam clerico est quasi castrense, quod alijs est aduentitium.*
- 6 *¶ Clericus habet fructus sui peculij, & non pater.*

¶ Filius fa.

facit rem notoriam, vt per Abb. in c. cùm olim, de cens. & per Deci. consi. ccccxxij. Negari non potest. Ideo exhibito ab hærede instrumento testamenti possessionem recuperare nitens exceptione, repellitur, vt per Corset. in tracta. de potestate Regia. q. lxxij. xxxv. limitatione. Nam etiam in prophanis per exceptionem notoriam omnino detrahentem iuri agentis, & fundantem ius excipientis, spoliati restitutio impeditur, vt per Gemi. & Philipp. Franc. in c. ad decimas. de restit. spol. lib. vj. Licet secus sit, si ius excipientis non fundet exceptio. & ita intelligitur Rot. deci. vij. nota. q. vbi agitur in anti. Postremò † cunctos qui librum hunc legerint (& præcipuè notarios) admoneo, & obtestator, ne cõsilijs nostris abutantur, sed vt fraudis hostes, & veritatis amici) honestæ voluntati testatoris obsequantur. Nam veritas sequenda, & colenda est. l. cùm ita legatum. ff. de condit. & demon. l. j. in fi. c. de lat. lib. tol. cùm veritas Deus sit. Ipse nanque dixit, Ego sum veritas. Ioan. xiiij. c. abijt. xj. q. ij. Cuius nomini omnem honorem, & gloriam nostræ actionis ascribimus.

FINIS.

LVGDVNI,
EXCVDEBANT STEPHANVS
RVFINVS, ET IOAN-
NES AVSVL-
TVS.